

**Cicero ad Atticum, XVI 9**

Scr. in Puteolano prid. Non. Nov. a. 710 (44).

CICERO ATTICO SAL.

Binae uno die mihi litterae ab Octaviano, nunc quidem, ut Romam statim veniam. Velle se rem agere per senatum. Cui ego [dixi] non posse senatum ante Kalendas Ianuarias, quod quidem ita credo. Ille autem addit 'consilio tuo.' Quid multa? Ille urget, ego autem σκηπτομαι. Non confido aetati, ignoro, quo animo [Octavianus sit]. Nil sine Pansa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius, nec a mari discedere libet, et metuo, ne quae ἀριστεία [sit] me absente. Varroni quidem displicet consilium pueri, mihi non. Si [Octavianus] firmas copias habet, Brutum habere potest; et rem gerit palam. Centuriat Capuae, dinumerat. Iam iamque video bellum. Ad haec rescribe. Tabellarium meum Kalendis Roma profectum [esse] sine tuis litteris miror.

binae = duae • **velle** steht in der indirekten Rede. • **rem agere** – die Sache verhandeln • **urgere** – drängen • σκηπτομαι – ich zögere • **confidere** – vertrauen • **quo animo** – „von welcher Art Geist“ • **Pansa** ist der eine der beiden Konsuln des Jahres 43 v. Chr. • **vereor, ne** – ich fürchte, dass • **valere** – stark sein (und ihm so gefährlich wird) • **libet** – es beliebt • **metuo, ne** – ich fürchte, dass • ἀριστεία – Heldentat (gemeint ist entscheidendes politisches Ereignis) • **Bei ne quae** ist irgendetwas umgefallen, habt Ihr das auch gehört? • **displicere = non placere** • **firmus** – stark • **copiae** – Truppen • **Brutum habere potest** – er kann auf Decimus Brutus setzen (der sich in Gallia Cisalpina als Statthalter befindet, wohin aber Antonius will, um ihn abzulösen) • **rem palam gerere** – eine Sache offen zugeben • **centuriare** – in Zenturien aufteilen (also die Männer in der Legion zu Kampftruppen einteilen) • **dinumerare** – Sold auszahlen • **tabellarius** – Bote